



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

28. Augusti. Jam metum omnem tollit dæmon, ne cadas, nunc auget, ut  
cedas, utrumque in perniciem tuam. S. Ignat. apud Nolar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

fata instant, vires, sensus, omnia deficiunt,  
 & nihil minus fit, quam quod eò distulisti. Justâ Dei pœnâ, ut qui noluit, dum  
 posset, non possit, dum vellet.

28. Augusti.

*Iam metum omnem tollit dæmon, ne cadas  
 nunc auget, ut cedas, utrumque in princi-  
 piem tuam. S. Ignat. apud Nolar.*

**V**Ersipellis artifex! dum tentat, delicii  
 magnitudinem auget, ut in despe-  
 rationem inducat. Sic mille artium magister  
 nobis illudit.

Innocentia hactenus acta solatiū tibi  
 materia sit, non præsidentiæ; nullus non  
 innocens fuit, qui nunc ardet in inferno;  
 non esse, sed mansisse innocentem, meū  
 absolvit.

Novit tentator stygius, animæ pretium,  
 pro qua tam sollicitus est obtinenda. Nisi  
 pretiosa foret, orexim illi non moveret.  
 Pudeat nos socordiæ nostræ, dum minus  
 pro salvanda, quam ille perdenda anima,  
 solliciti sumus.

Quò thesaurus major, eò potior sit cu-  
 stodia. Æterna est anima, pro qua cœlum  
 pugnat, & infernus; timor ei, ac præfiden-  
 tia

tis æquo gradu officiunt ; media tenenda  
est via, ut nec spes metum excludat , nec  
metus à spe discedat.

## 29. Augusti.

*Nunquam contradicere debes cuiquam , si  
ve cum ratione , sive contra : semper ve-  
rò complecti , quod aliis probatur . S. Ign.  
ap. Lyræ in anteloq.*

**F**lamma augetur irritata flabris , tantò  
que consurgit altius , quantò hæc ve-  
hementiora urserint , non sopienda , nisi  
aura omnis vehementior arceatur . Tac-  
turnitate tuâ os æmuli sigillabis .

Opinio tua te pungit , non dens alienus :  
nemo læditur , nisi à se ipso ; si vulnus non  
admittas , omnes omnium ictus elisisti . Ut  
in molli frangitur impetus ; ità si parato  
excipias animo , conatus omnes infregisti .

Imbellis animi est ad omnem sensum  
commoveri ; fortior dissimulare novit , aut  
in usum convertere ; si enim lædatur , aut  
probationem virtutis credit , aut pœnam  
delicti patitur .

Facillimum est à pessimis malè audire ;  
nemo illis credit , nisi tu , multum excul-  
pando , umbram tibi facies . Tace , vicisti .

M 3

Dissi-